



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**De Vita Et Rebus Gestis Christophori Bernardi Episcopi Et
Principis Monasteriensis Decas**

Alpen, Johann von

Coesfeldiae, 1694

41. Nassovius Castellum capit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68495](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68495)

1664. vel abrumpendi. Facturus igitur ex necessitate virtutem, nonnullos in Frisiam

Premittit Legatos in Frisiam. præmittit, *Brabeckium* verò & *Wiederickium Meppenam* subsequi mox jubet. primi quidem velociter equis vecti, sub eundem diem, proximè Castra, conspectui eorum se stiterunt. Ab Excubitoribus

Sed frustra. tim denunciati, dum primores circumrogantque, num offendissent alicubi *Mesteriensis Principis Legatos*; Illos ipsos respondere se esse. An non igitur, cum *Castrensibus* isthic *Provinciarum* *Legatis* colloqui velint. Cum *Frisiis*, iussos se agere & hos inquiri. Declinatis ita *Castrenses Legatis*, nec visis *Asper* publicæ fidei litteris, nec *Apoche* data potestatis exemplo, sub *medie* horam *biduanas* inducias decernit *Nassovum* expirasse.

41. *Nassovius Castellum capit.* Ergò hostiliter iterum diluculo ceptum agi, tormentisque horrendum quarti usque diem. Quando cohortium Præfecti desperata ulteriori defensione arma ponunt. Nam aquæ fossis omnibus depromptæ erant, & valli tormentis lacerati passim hiabant, paratique plures cuniculi irruptionem minabantur. *Elvfeldius* vacillantes tantisper erigit, animatus, donec honestas ipse condiciones paciscatur. Petito itaque colloquio, etiam opinione fa-

ventiores obtinuit, ab ipso ceu Dylariano 1664.
 Gubernatore, & *Wilhelmo Friderico* Principe
Nassovio Exercitus Batavorum Duce pridie
 Nonarum Junij subscriptas. Deditionis
 capita hæc erant. *Præsidarij omnes excepto Condi-*
nemine, more militari cum armaturâ suâ, ex-
tionibus
placatis signis, funiculis accensis, tympanis reso-
dedition-
nantibus, impedimentis & sarcinis suis omni-
nis.
bus liberè egrediantur, dimittanturq; Coesvel-
diam. Quidquid annonæ, bellicæ supellectilis
 & machinarum intulerit Princeps Monaste-
 riensis, absq; remorâ exportetur. Utque ter-
 tio post hunc die tantò promptius discedant,
 pontones, currus & equi sufficientes procura-
 buntur. Ita Castellum Dylarianum, quan-
 tumvis angustum & exile, dies quatuordecim
 defensum, in Batavorum potestatem venit.

Frustrâ interim Legati Monasterienses 42.
 cum *Frisiis* agebant, ut promissum tot pactio- *Frisij*
 nibus argentum nunc tandem Meppenæ nu- *pactam*
 meraretur. Nam hi suasu Castrensi Reip. *pecuniâ*
 Delegatorum, nunc potestatis à *Christophoro non sol-*
Bernardo datæ insufficientiam causati, nunc *vunt.*
 apochæ exemplari, vitij non unius insimulato,
 deditâ tandiu operâ tractatus hosce protra-
 hebant; donec Ordinum jussu abrumperent,
 & cum Monasteriensi Episcopo ultra nego-
 tiari, vel teruntium etiam numerare prohi-
 berentur.

Nasso-